SVMMA SIVE EPITOME IVRIS FEVDORVM, AVCTORE IACOBO DE ARDIZONE

Veronenſi, nunc multò quàm antehac correctius in gratiam ſtudioſorum Iuris excuſa, & in capita iuxta materiæ cognationem diſtincta.

ADIECTO CAPITVM INDICE CONVENIENTISSIMO.

num. 43 cap. 9 num. 29

COLONIAE

Apud Ioannem Birckmannum & Theodorum Baumium, Anno 1569.

CVM GRATIA ET PRIVIL. CÆS. MAIEST. AD DECENNIVM.

Coll. Societ. Jesu Salm. ex dono Regum

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

REVERENDO ET SPLENDIDÆ VETVSTÆQVE NOBILITATIS VIRO, AC DOMINO Ioanni Schenckinck, Metropolitanæ eccleſiæ Monaſterienſis Decano, &c. Ioannes Hauickhorſtius Monaſterienſis

S. P. D.

CVM ius illud, Decane multis nominibus Reuerende, quod in diſceptandis dirimendiſq; de beneficiario prædio exiſtentibus controuerſiis poſitum eſt, ad conſeruandam generis humani ſocietatem magnum adferre adiumentum conſtet, cumq; Hortenſium & Gagapiſtū diligentes quidem, & ſtudioſos viros, ſed parum diligenter hac de re confectos nobis commentarios reliquiſſe perſpicuum ſit: his duabus Conſulti veteres perſuaſionibus, alij literarum Hortenſij & Gagapiſti monumentis interpretationis lumen addere, alij hanc eandem iuris Feudorum diſciplinam aliquanto quàm illi feciſſent, & breuius & diſtinctius proponere conati ſunt. Et quidem ex horum numero, qui in compendiariam quandam methodū hoc ius redigere voluerunt, hic noſter Ardizon eſt. Is enim nonnullorū veterū Iuriſprudentum ſententia, & perſonarū, & rerū, et factorum qualitates eas, quæ iuris varietatem commutationemq; afferunt, hac τὴν ἐπιτομὴν atque ſumma breuiter diſtincteq;

* y *per*

SVMMA FEVDORVM IACOBO DE ARDIZONE VERONENSI IVRECONſulto clariſſimo Auctore, nunc multò correctius édita quàm unquam anteà.

CAPVT I.

Quibus modis feudum acquiritur.

PRINCIPIVM Deus, medium, atq; finis: ſimile in Aute. de priui. dot. hæret. mulie. nō præſtan. in prin. Cùm Bononiæ ferè amore legalis ſcientiæ diſcendæ exulaſſem, & perſonā ibidē exinaniuiſſē, quod ſæpè ſcholares facere cōtingit, (vt in de priui. ſcho. Aute. habita ſuper hoc in prin.) quam ſolam noſtro tempore uiuendi rationem optimā eſſe putaui, (ſimile. ff. de fideicō. libert. l. apud Iul.) cum nunquam decipiatur qui frequenter legerit (in Aute. quō. opor. mo. viuere. §. domini, vel ſi nulla in fi.) & mens fruſtrà vacās nihil bonorum parit (vt in p̄dicto ti. §. oportet enim) audiens ius ciuile à domino Azone iuris profeſſore, legalis ſcientiæ moribus & facundia undique perito, aliosq; præcellēti, prout facere debui & feci (vt C. de profeſ. & medic. l. magiſtros) ac poſt eius mortē (cuius

ſi falſam ambaſiatã fecerit, vt in ſtatutis Veronæ c. nullo capto viat. Item ſignũ nominis principis imponitur manibus aquariorũ, & cuſtodũ aquarum, vt C. de aquæ ductu, l. penultima, in fine. Itẽ ſtigma imponitur brachijs fabricenſium & tyronum, vt C. de fabricen. l. ſtigma imponitur tam.

Itẽ ſi venditus fuerit tibi frater tuus Hebræus, ſex annis ſeruiet tibi, & in ſeptimo dimittes eũ liberum. Et ſi noluerit egredi eò q̄ diligat te: aſſumes ſibulã & perforabis aurẽ eius, & ſeruiet tibi in ſempiternum, vt in lege Moyſi in lib. Deuteron. cap. 15. verſ. non deerit ibi, icćirco ego præcipio tibi alias, in verſ. cùm tibi venditus fuerit. Iure tamen Romano non debet in facie alicuius ſcribi, vt C. de pœnis, l. ſi quis in metal.

Ego quidem Ar. auctor huius operis ſecundũ minuſculã ſcientiã domino operante mihi datam, compleui: deprecans & exorans dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum precibus ſanctæ glorioſæ ſemper virginis & Dei genitricis Mariæ, vt ſi quid per me minus perfectè in hoc opuſculo ſcriptũ & dictũ eſt, reſtituat, & emẽdet in ſuo nomine dominus, & dignos me legentes ac ſcribentes faciat ſeruitiũ eius adimplere. ſimile. C. de offi. præfe. præto. Affri. l. j. in prin. ſecunda columna.

FINIS.

Typis Godefridi Ceruicorni.